



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Contritio cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)



## DIE LVNAE

Ad Deum accedam  
vt Iudicem.

ANTE MISSAM.

*Directio Intentionis.*

Deus cæli, & terræ. fol. 60.  
Ego volo celebrare Missam.  
fol. 84.

*Contritio cordis.*



E v s Deo-  
rum, Do-  
mine præ-  
stabilis su-

*S. Aug.  
Medit.  
cap. 4.*

per malitia: noui quia  
manifestus venies: no-

ui

*Contritio cordis. 117*

ni quia nō semper file-  
bis : cūm in conspectu  
tuo ignis exardescet, &  
in circuitu tuo tempe-  
stas valida ingruerit :  
cūm aduocaueris cœ-  
lum desuper, & terram  
discernere populum  
tuum . Et ecce coram  
tot millibus populorū  
nudabūtur omnes ini-  
quitates meæ : tot ag-  
minibus Angelorum  
patebunt vniuersa sce-  
lera mea, non solum a-  
ctuum, sed etiam cogi-  
tationum, simulque lo-  
quutionum. Tot iudi-  
cibus inops astabo,  
quot

quot me præcesserunt  
 in opere bono. Tot ar-  
 guentibus confundar,  
 quot mihi præbuerunt  
 bene viuendi exem-  
 plar. Tot conuincar  
 testibus, quot me mo-  
 nuerunt proficuis ser-  
 monibus, sèque imitā-  
 dos iustis dederunt a-  
 ctionibus. Domine mi,  
 non suppetit quid di-  
 cam: nō occurrit quid  
 respondeam. Firma-  
 mentum meum, Deus,  
 non iustificabitur in  
 conspectu tuo omnis  
 viuens. Spes mea, non  
 est in filijs hominum,  
 quem

*Psalms.*  
 142.

*Contritio cordis. 119*

quem si remota pietate iudicaueris, iustum inuenias. Et nisi praeueneris miserando impium, non est quod glorificet piuum. Salutare vultus mei IESVS tuus, IESVS meus, qui est propitiatio pro peccatis nostris. Libera me ergo à vinculis peccatorum, per coæternum (flagito) vnicum tibi natum, meque, cui propria merita lethalem minantur sententiam, preciosissimæ ad dexteram tuam confidentis prolis interpellatio-

*S. Aug.  
Medit.  
cap. 5.*

120 *Die Luna*

1. 702 2.  
Rom. 8.

latione restaura placatus ad vitam. Quem enim alium dirigam, intercessorem tibi nescio, nisi hunc, qui est propitiatio pro peccatis nostris, qui sedet ad dexteram tuam interpellans pro nobis. Ecce Aduocatus meus apud te Deum Patrem. Ecce Pōtifex summus, qui nō alieno eget expiari sanguine, quia proprio refulget perfusus cruore. Ecce hostia sancta beneplacens, & perfecta in odore suauitatis oblata,

ta,

*Desid. & Amor. 121*

ta, & accepta. Ecce  
agnus sine macula: qui  
coram se tondentibus  
obmutuit, qui alapis  
cæsus, sputis illitus,  
opprobrijs affectus os  
suum non aperuit. En  
qui peccatum non fe-  
cit, peccata nostra  
pertulit & languores  
nostros suo liuore sa-  
nauit.

---

*Desiderium, & Amor.*

**T**V autem, Domi- D. Au-  
ne, expectatio gust. So-  
Israel: desiderium, ad lslog. B.  
cap. 23.  
F quod